



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

29. In festo S. Nicolai Sint lumbi vestri. Luc. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

FESTA TOTIVS ANNI. 209

Zebedeum reliquerunt. O quam felix est
relietio & desertio, quæ cum tanto bono
imò cum thesauro omnium bonorum
commutatur.

Vidit alios duos, fratres reficientes in nau-
itia sua, qui & secuti sunt eum. Considera,
hoc exemplo moneri concionatores, qui
sunt hominum pescatores, vt aliquando re-
licta nonnihil pescatione animarum, va-
cent retribus reficiendis, id est, colligendo
spiritui & emendandis defectibus, vt reno-
vato spiritu, postea maiore fructu redeant
ad pescationem animarum. 2. Considera
Perrum, qui designat feruentem actionem
prius vocatum quam Ioannem, qui signi-
ficat contemplationem: vt discas non per-
ueniri ad perfectionem contemplationis,
nisi per antegressionem sedulam sui mor-
tificationem.

IN FESTO S. NICOLAI 7. Dec.
EPISCOPI.

De lumbis praecingendis. Luc. 12.

DI XIT IESVS discipulis. Sint lumbi ve-
stri praecincti. Considera, S. Nicolaum
exemplo prius quam sermone supra natu-
ram docuisse, quomodo praecingendi sint
O lumbi

210 MEDITATIONES IN

Iumbi. Nam cum infans adhuc sugenseret, in cunis iacens, quartis & sextis ferme ac semel tantum sub vesperam ubera materna sūxit, qua infantuli sobrietate decuit, quam castus, quam magnus in Ecclesia Dei esset futurus. Eandem enim ieiunandi consuetudinem tota vita tenuit. Sed & quotidie semel tantum comedit. idque vespere, & uno contentus ferculo, à carnis bus quoque semper abstinuit. Læctionem item sacram mensæ adhibuit. 2. Considera, hoc exemplo eum docuisse, quam laudare sit pueros ab infantia bonis assidue re operibus, tum quia opera illorum, mundiora, ita sunt chariora, tum quia pie runque durant in senium. Quod enim nostra capit, vulgo dicitur, inueterata sapit,

Et lucerna ardentes in manibus vestru
Considera, per lucernas intelligi exemplum virtutum, quibus B. Nicolaus præluxit, in quibus eminuit exemplum caritatis ardissimum, nam auro multo clam in domo eiusdem noctu projecto, patris in opere, & trium puerarum virginum opprobrium, quæ per prostitutionem corporis coacte fuissent nefandum quæstum facere, sustulit. Deinde Episcopus factus, pauperibus viduis & orphanis, aliisque cœnaliis, p



S IN
c fugens
sextis feri
n vbera mo
rietary do
us in Ecc
enim iei
tenuit. Se
edit. idq
ulo, à cam
Lectione
z. Consid
e, quam lu
nis assue
llorum,
n quia p
'enim no
ata sapit,
us vefiu
gi exempla
ratlxit, in
tatis ardi
in domi
in opia, &
robrium,
is coacta
ete, susto
uperibus
il. o, p
v. d.
us

FESTA TOTIVS ANNI 218

nia, & labore nunquam defuit, nihil sibi
reservans nisi viræ necessaria, & supellecti-
lem opportunam. Imò adolescens adhuc,
facultates omnes in pauperes erogauit.
Deinde fuit lucerna ardens ratione humi-
litatis singularis. Nam ideo noctu aurum
in alienam domum iniecit, ut opus tam
præstans omnibus ignotum maneret. Ad-
huc, tatione religionis & devotionis si-
gularis. Nam Hierosolymā causa visendo-
rū locorū sacrorū peregrinatus est Primus
in templum orandi causa se cōferebat, po-
stremus exibat, eoq; iudicio Myreæ in Ly-
cia ab Episcopis cōgregatis electus est Epi-
scopus, cum diuinitus moniti essent eligē-
dum eum, qui primus templū mane iniret.

Vide Meditat. in festo S. Martini.

IN FESTO CONCEPTIO- 8.DOC NIS B. V. MARIAE.

De immaculata eius conceptione.

CONSIDERA, quomodo B. Virgo ante
constitutionem mundi à Deo electa
fuerit, & prædestinata, vt esset Dei ma-
ter, & tam excellenti puritate niteret,
quanta nulla ante ipsam creatura nitui-
set, aliisque innumeris dotibus ornare-
tur, quæ variis vaticiniis, in veteri lege

O 2 suis

